



§. I.



Uot quantisque morbis opprimatur homo, quantæque ipsi per omnem fere vitam sint perferendæ calamitates, qui ignoret, spero, fore neminem. Igitur jam antiquus HOMERUS recte indicavit *neminem*, dicens, *imbecillius terra alit homine inter omnia quæcunque in ea vel spirant, vel repunt*. Consideres modo bruta, quæ natura ita condidit, ut eorum vix quodquam morbo facile corripitur: homo autem solus per tot tantaque rerum discrimina vitæ suæ stadium debet decurrere, ita, ut raro quem inuenies, qui nullum unquam in vitæ suæ cursu expertus fuerit morbum, atque ubi non valeat certo sensu illud HIPPOCRATIS in *Ep. ad Damagetum text. 279. homo totus a nativitate morbus est*.

Non a re alienum esse videbatur, sub ipsis hujus tractationis initiis subjectum morborum breviter indicare, quod jam homo
A
est,